

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Confessio t  
cum fonte primo

Si sufficeret fides cordis,  
non creasset tibi Deus os;  
si sufficit Christo quia cognoscis eum,  
et si non confessus fueris coram hominibus;  
ergo et tibi sufficit quod te cognoscit Christus,  
et si non confiteatur coram Deo.

Crisostomus super illud Matthei X.:  
Qui me confitebitur coram hominibus  
et cetera.

←

Si sufficit Christo, qui cognoscit,  
etsi confessus eum non fueris coram hominibus:  
ergo et tibi sufficiat, quia cognoscit te Christus,  
etsi non fuerit te confessus coram hominibus.

Si autem tibi non sufficit cognitio ejus,  
nec illi sufficit fides tua.

→

Si enim sufficeret tibi fides cordis,  
cor tantummodo tibi Deus creasset:  
nunc autem et os tibi creavit Deus,  
ut corde credas, et ore confitearis.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in  
Matthaeum*, 25 (PG 56, col.766).